Monſtro cō‍paratur reli‍gioſus cupi‍dus vel auarꝰ

quid proprium habuerit. Si iuxta verbū ſenece monſtro ſimilis eſt auaricia ſenilis quid dicendū eſt de auaricia vel cupidita te hoīs iā mortui cui vnū eſt optandū ⁊ q̄rēdū. ſ. vita eterna: Colo. iij. Mortui eſtis ⁊ vita veſtra abſcōdita eſt cum xpo. Cum quidā fenerator abbati Arſenio reliquiſſet magnā hereditatē et delatuꝫ fuiſſet ad eū teſtamentū: ipſe ait: Ego prius mortuꝰ ſum q̄ꝫ ille qui me modo facit heredē: ⁊ remiſit teſtamentū nihil accipiēs. Quid ad religionem venit pacē nō habet ſi aliquid mundi retineat: ſicut nec ille q̄ in ſinu ſuo ſpinas abſcondit. Seneca: Proijce q̄ cor tuū laniant que ſi aliter extrahi nequirēt cor ipſum cū eis euellendū erat. Quidam frater renuncians ſeculo ⁊ ſua dans pauperibus venit ad abbatem Antoniū: quedam tñ ſibi retinuit: ⁊ cū cōperiſſet Antonius dixit ei: Si vis eſſe monachus vade ⁊ compara tibi carnes ⁊ impone corpori tuo nudo ⁊ ſic veni ad me. Qui cū hoc feciſſet tam canes q̄ꝫ aues corpus eius propter carnem rapiendā dentibus ⁊ vnguibus dilacerauerunt et ſic dilaceratus venit ad Antoniū. Cui Antonius ait: Quicunqꝫ renunciauerit ſeculo et vult adhuc habere pecuniā ſic a demonibus laceraſ. Quare conuenienter ſubiungit ſanctus pater (Mox ergo in oratorio exuatur rebus proprijs quibus veſtitus eſt ⁊ induatur rebus monaſterij) Annectit duo aduiſamenta obſeruanda circa nouicios nouiter receptos. Primū eſt cum dicit (Illa aūt veſtimēta quibus exutus eſt reponantur in veſtiario obſeruanda: vt ſi aliquando ſuadente diabolo conſenſerit vt egrediatur de monaſterio: quod abſit: tūc exutus rebus monaſterij proijciatur) Scōm aduiſamentū eſt cum ait (Illam tamē petitionem eius quā deſuper altare tulit abbas non recipiat: ſed in monaſterio reſeruetur) Plana ſunt omnia.

Exemplū.

Exemplū.

¶ Tracta. D. Cardi. cxxxij. q̄ valde reprehenſibiles ſunt qui in religione male ſiue irreligioſe viuunt.

Expoſita iam ſubſtantia forme profeſſionis ſancte monaſtice vite: reliquū eſt vt oſtendamꝰ q̄ꝫ reprehēſibilis ſit monachꝰ qui huius ſancte profeſſionis immemor in religione irreligioſe viuit. Aut eniꝫ in ſeculo male vixerat aut bene. ſi bene: valde reprehenſibilis eſt q̄ male viuit inter bonos qui bene vixerat inter malos: ⁊ inter innocentes innocentiam amiſit qui inter nocentes eam ſeruauit. Si vero in ſeculo male vixerit ⁊ metuens ne incideret in manus dei viuentis: carcerem clauſtri ſpontanee ſibi elegerat: Valde fatuus eſt cuꝫ dñm carceris in carcere offendit ⁊ funeꝫ peccatoꝝ quo in inferno ſuſpendaſ: quē in eo miſicordia dei dirrūperat reſumit: ⁊ qui dirrumpenti vincula ſua ſacrificiū laudis ſacrificare debuit: ꝓ laude cōtumeliā reddit. Dederat ei dñs locū penitētie ⁊ ipſe abutitur eo in ſuperbiā. Dei benignitas adduxerat eū ad penitentiā: ipſe vero theſaurizat ſibi iram. Nō timet peccata ibi perpetrare: vbi perpetrata in ſeculo debuit corrigere. Miſericordie quoqꝫ dei illudit q̄ ei penaꝫ eternam cui etiā ꝓ minimo mortali quod fecerat adiudicatus erat in penā momētaneā cōmutauit. Item valde reprehenſibilis ē q̄ deo neglexit reddere vota illa q̄ diſtinxerunt labia ſua. Nō enim onus religiōis ei nolēti eſt impoſitū: ſed poſt experientiā ⁊ deliberationē ab eo ſpontanee aſſūptā. Ipſe fuit ꝓmiſſor largꝰ ſed redditor auarus. Ipſe eſt diuiſior iniquus q̄ ſuadedit deo: ſe vero dat diabolo. Ipſe mentitꝰ eſt deo quod nō eſt parum periculoſuꝫ: ſicut oſtendiſ Actuū. v. Cur ī quit petrus ananie: tentauit ſathanas cor tuū mētiri ſpiritui ſancto? nō es mentitus hoībus ſꝫ deo Audiēs aūt ananias hec verba cecidit et expirauit. Ipſe deum irriſit cui nō ſoluit qd̄ ꝓmiſit. De qua irriſione parū ante beatus Bñdi. de illo qui ꝓfeſſionē fecit ait: Qd̄ ſi aliq̄ñ fecerit aliter a deo ſe dānādū ſciat quē irridet. Tales in futuro merito a deo irridebuntur: ſcōm illud pſal. Qui habitat in celis irridebit eos. Prouer. j. Deſperiſtis omne conſiliū meū ⁊ increpationes meas neglexiſtis: ego quoqꝫ ī interitu veſtro ridebo. Item talis reprehēſibilis eſt quia illud negligit qd̄ cūctis mūdi amabilius ꝑelegit. Ille vero qui mūdum pro deo relinq̄t ſi deū amittit oīa amiſit. Ipſe ſimilis eſt homini negociatori q̄renti bonas margaritas qui inuenta vna pre

Conueniens argumētatio cōtra male in religione viuentes.

Deum irridere.